Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift

38 extra secedit. et ppter hoc ante et retro non facit. nec iuxta se stanti ut
in locum suum ascendat innuit. Quod si infra v. vel vi. psalmos ita cualescit
quod de cetero se in choro perdurare posse speret redibit. Si autem diutius extra
moratur. etiam si cualescat. neque ad matutinum vel et si prima max subsequitur. neque ad
hanc chorum intrabit. Postquam autem statuo eum per tot psalmos quot predicti sunt
uacua apparuerit. collateralis eum reditum fratris desperans. hanc occu
pabit. Nam amplius hac quantitate psalmorum quisquam extra chorum quam redituros
illuc eum non tardabit. excepto si sanguine fluit. Quilibet autem horum infirman
tum si eum interdum et se aliquod adutorum aliis in cantando fore speraue
rit in minori choro sedem sibi in tali loco eligat. ubi continuatim sedere ua
leat. excepto ad Benedictum et Magnum. et si eum notat ad lectionem vel ad Kyrie aut
ad ipse si poterit hoc ibi pagere officium. sin autem. sibi acquirit uicarium.
Responsorium autem quod Gloria patri sequitur. et si ad hoc sit ualidus non ibi cantat.
sed si ab uno cantandum eum aliumque ipse cantare rogat. si autem cum alio can
tare debet. vel ipse vel eum uicari ad gradum cantat. Si eum in custodia et
solus cantare debet. et potest in chorum ad locum suum. hoc cantando
uenit. et tum redit. Si autem nil per dium in se alius fore speraueritque
ne aliis impedimento aut forsitan oneri in aliquo existat. extra in loco
quod ad hoc competens eum se locabit. et ppter hoc capellum non indutus. si tam
ad tria se reclinare poterit. In nulla nocte fratrum absconsam circumferat.
si infirmitatem eum vel ipse scit. vel ab ipso infirmo aut ab alio didice
rit. hanc illi non porrigit. Si autem infirmari eum nesciens dormien
ti illam apposuerit. necesse est ut aut ipse infirmus aut iuxta eum se
dens sua sponte aut ab eo rogatus eam circumferat. alioquin inclamabitur.
Post illam noctem quidiu ante chorum sederit. absconsa ea ponetur. si dor
miens inuenitur. Siue autem sit ille quod infirmitatis causa chorum intuitur.
siue quod de eo exuit. in crastino uenia petit. iste dicendo exui in
nocte extra chorum ppter meam infirmitatem. ille autem ego non intraui chorum.